



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Speculum. Exploratio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

Circam vero ei sermō florentis ē floribus herba,  
Optata imposuit capiti Pallas Minerva,  
Circumque ei coronam auream caput posuit,  
Quam ipse fecerat inclytus Vulcanus,  
Elaborans manibus, gratificans Jovi Patri.  
In hac artificiosa multa celata erant, mira visu,  
Animantia quaecumque continens alit atque mare,  
Ex illis hic multa indidit, gratia vero resplendebat magna,  
Mimibilibus, animantibus similia vocalibus.

DE SPECULO.

EXPLORATIO. CAP. XLVII.

Sunt autem qui speculum explorationis signum esse velint: propterea quod & nœvi, & rugæ, & u-

Unde spe-  
culari pro  
explorare.

FALSUM. CAP. XLVIII.

Sedenim, sapientius illi rem expendisse mihi videntur, qui falsum ex speculo significari tradiderunt, in quo scilicet quamvis similitudo quædam appareat, eo tamen falsa est, quod in speculo, quæ læva sunt, dextera: quæ dextera, læva referantur, atque ita veritati fucus fiat.

HYMNIUS. CAP. XLIX.

Alioqui speculum Pindaro est hymnus, in quo scilicet res præclare gestas, virtutesque cuiuspiam celebres possimus intueri.

JOANNIS PIERII VALERIANI  
HIEROGLYPHICORUM

LIBER XLII.

DE IIS QUÆ PER ARMA  
SIGNIFICANTUR.

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD ILLUSTRIS. PRINCIPEM D. NICOLAUM RODIVILLUM OLICÆ ET  
NESUESII DUCEM, PALATINUM VILENENSEM, AC MAGNI DUCATUS LITUANIÆ  
SUMMUM MARESCALCUM ET ARCHICANCELLARIUM, BRESFENSEM,  
SAULENSEM, BORISSOVIENSEMQUE  
CAPITANEUM.

Um jam varios commentarios diversis misissem amicis, dedissemque operam ut argumenti ratio unicuique non inconveniens esset, diligenter discipiendum mihi putavi, cuius hanc nostram de Armis elucubratiunculam inscriberem. Verum cum arma acriter mittenda viro non ignorem: tu certe Nicolæ Rodiville magnanime Princeps, animo statim obversabare meo, teque unum è multis delegi, in cuius patrocinio ac tutela, noster qualis is cumque esset in hac re insumptus labor, conquiscere deberet. Nam cum multa sese offerrent causa, quæ quemvis ad te vel amandum, vel suscipiendum allicere possint, ut animi tui celsitudo cum summa conjuncta clementia & moderatioue, ingenium facile & apertum